

jobannes Cānonici. Dominus Hermannus Cānonicus sancti jobannis Ewangeliste. Dominus Geroldus sacerdos de Holtborpe. Dominus Theodericus de Lon. Conradus de Mandesle & filius suus L. Conradus de Wolthentorpe dapifer. Thidericus de Retbem. Bernhardus de Baldinge. Bodo de Gledinge. Segehardus de Dudenosen. jobannes de Retdesen.

CLXXVII.

QUALITER AMALRADA PREDIVM IN LITOLON CONTVLIT.

S*igibertus* divina dispensante Clementia Episcopus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum notitie firmiter cupimus inherere, quod *Amalrade* filioque ejus *Thiathardo* curtem in *Vesperdon* cum salica tellure & decem mansos cum curtulis ac mancipijs que in eis sunt, atque unum molendinum pro predio, quod nobis in Litolon tradiderunt, precario jure concessimus, ut his uterentur quamdiu viverent vel ambo vel alter eorum. Triginta quoque aratorum decimas eisdem ob eandem causam sed non eadem ratione prestimus, sed matri ut eas donec hac luce spiraret, haberet & filio si post matris obitum maneret, pro servitute qua nobis inter nostros sed nostro stipendio deserviret, in usum cederet. Addidimus etiam quod oportuit addere, quo liberius in hoc careremus vicio culpe, ut si quis nostrorum successorum hec prelibata & diligenter distincta ipsis invitis
presu-

presumat demere licentiam ac potestatem habeant
sua resumere, & ut hoc firmum & inconvulsam
perduret, sigillum nostri evidens cunctis indicium
monstret.



CLXXVIII.

NICOLAUS EPISCOPVS ANANINVS
WIDEKINDO EPISCOPO MINDENSI
TRANSMITTIT RELIQUIAS.

Venerabili in Christo Fratri *W.* Episcopo Min-
densi. *Nicolaus* miseratione Divina *Ananinus*
Episcopus salutem & sinceram in Domino carita-
tem. Ex parte vestra per Arnoldum Ecclesie ve-
stre Canonicum exhibitorem presentium nobis ex-
titit humiliter supplicatum, ut vobis de reliquijs
Sancti *Magni* martiris. patroni nostri transmittere
curaremus, vestris itaque precibus annuentes por-
tionem quandam de brachio sancti *Sebastiani* ru-
bram & porcionem de digito sancti *Magni* martiris
albam transmittimus cum plenitudine caritatis.
Datum *Anagnie* in die sancti *Kiliani* martiris.

